donatione perpetua et in aevum dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum possessione pacifica praefatam et ibidem ad acta officii acceptandam dat et admittit. Submittitque se ac de bonis generaliter omnibus mobilibus cum posteris suis praedictum donatorium suum sive eius successores per omnes gradus iuris toties quoties opus et necessarium fuerit cuiusvis sexus status et conditionis existant tueri defendere et intercedere [illegible] solusque tam se quam quasvis submissas et subordinatas personas non [illegible] sub tamen iudicii simpliciter tueri et edicendi et coram officio praesenti in primo terminorum peremptoriorum Omnibus controversiis exceptionibus allegationibus defensionibus dilationibus bona vel simplici iuris motionibus motuum appellationum praetextu [illegible] quibus inpugnaretur. Quo his et aliis in universum cunctis iuris remediis et defensionibus impedimentis etiam de iure communi [illegible] successorum, recessit et abrenuntiavit.

Gieralt Szymbory Włochy [illegible] — Cessio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Visnensis personaliter comparens Nobilis Marina filia olim Joannis Koborzka relicta olim Nobilis Jacobi Liaszczny primi at praesens consors Nobilis Stanislai Gieralt de Szymbory haeres secundis nuptiis cum eiusdem mariti sui ibi praesentis consilio personali assistentia et consensu spontanea sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Francisco Gieralt filio suo cum maleno marito progenito et eius posteris de omni et integro iure suo et inscriptione certa olim Nobili Dorotheae Kobosczanka tunc relicta olim Nobilis Stanislai Zebrowski sorori suae germanae similiter de certis suis certas partes bonorum in haereditate Szymbory Włochy consistentes praefatum Joannem Gieralt ad maritum suum filium modo donationis coram actis autenticis facta cum omnimoda potestate eiusdem inscriptionis suae paratae intromissione possessione tuitione evictione et omnibus de iure spectantibus bonis ex tunc condescendit. Omneque et integrum ius suum filio ad omnia servientes in personam eius et successores eius plenarie transfert et transfundit. Intromissionem officii acceptandam admittit.

Wyszenski [illegible] z Zebry — Demissio.

Coram officio et actis castrensibus Visnensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Wyszenski de Wyszenki Woiciechy haeres sanus mente et corpore existens palam publice recognovit. Quia Nobili Alberto olim Stanislai Wyszenski obligatam inscriptionem terrestrem immobilium in haereditate Zebry ... solvendi mincedatur per Nobilem ... Zebrowski Nobili Alberto Niemyski in summa quinta florenorum polonicorum coram actis autenticis inscriptam et per Nobilem Albertum Niemyski Nobili Adamo olim Stanislai Wyszenski in eadem summa demissam tandem sibi recognoscentem per praefatum Nobilem Adamum Wyszenski cessam. Cum omnimoda potestate eiusdem inscriptionis suae acparatae intromissione possessione tuitione evictione ligamentis originalis in se continentis accepta satisfactione cum omnibus obligationibus exceptis seminatis hyemalibus demisit omneque et integrum ius suum sibi servientem in ius et successores eius plenarie transfert et transfundit. Intromissionem realem ex tunc officii acceptandam dat et admittit.

Wostro — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Visnensis personaliter comparentes Generosus Stanislaus olim Calixti Wyszynski nomine nobilis Elisabeth Trojanowicz Wyszynska coniugis suae a quaternione praetorio in formaciopis plenipotentia patente cavet et Petrus Wyszynski eius ab aliis consuccessoribus olim Nobilis Laurentii Trojanowicz Wyszenski a quibus patente de rato habitione cautione in praesentibus cavet. Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobilem Valentinum olim Joannis Wostro de ... certa inscriptione olim Laurentium Trojanowicz Wyszenski super bona Stawiszcze in summa ducentorum florenorum polonicorum modo obligationis coram actis praesentibus facta et sufficientem satisfactionem quietant eximunt et liberum faciunt. Ac ipsam inscriptionem cassant annihilant mortificant perpetuis temporibus ac de bonis ... condescendunt.

Burski [illegible]